



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Divvm Hiob Brevissima, Iohannis Bvgenhagij Pomerani
Scholia, quibus ueteris tralationis nubila dispelluntur**

Bugenhagen, Johannes

Argentorati

VD16 B 9326

Capvt II. Factum est aute[m] cum quadam die.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36500

eundo capite repetit, quasi aliud dictura capite tertio.

C A P V T II.

Factum est autē cum quadam die.

Et adhuc retinens innocentiam) Postquam omnia amisit. q. d. iam apparet maior innocentia. Antea uidebatur me honorare propter ea quae dederam, iam oīa ablata sunt &c. Vt affligerē eum frustra) Frustra dicit, quia non est inuentū in Hiob quod querebatur à diabolo, scilicet ut malediceret deo, sed adhuc retinet innocentiam. Alioqui non frustra percūssus est, Deus enim nihil facit frustra, nempe ut haberemus exemplū patientiae eius, & exemplum gratias agentis in aduersis. Pellem pro pelle) Adagiū: pellem s. alterius, pro pelle s. sua. Dabit homo) .i. non interim curabit dum alij tanguntur, dum ipse non tangatur. Anima) uita.

Benedicat) pro maledicat. Ecce in manu tua est. i. do tibi potestatem. Veruntamen animā illius serua) id est, ne occidas eum. Testa) non linteo. Sedens in sterquilinio) id est, fimo, stabulo. Aduerte quod simpli- citas quae coram deo est innocentia, sicut uides in praesentibus simpli- citas missis, coram mundo est stulticia. Hinc uocabulū sim- plicitas & simplex, pro stulticia & stulto saepe in scripturis accipitur. Dixit autem illi uxor sua) Aduerte stulticiā huius uxoris, quae, quamuis intellexit Hiob seruari à domino, eo qd' gratias ageret deo, tamē hoc

A 4 ipsum

A N N O T A T.

ipsum malum esse Hiob, ubi melius esse iudicat mori
 & ut hoc eligat Hiob, utitur ipsa impijssima persua-
 sione. Si bona suscepimus de manu domini. Quum
 utrunq; ueniat ex manu Dei, & utrunq; cooperetur
 diligentibus deum in bonum.

C A P V T III.

Post hæc aperuit Hiob os suū & male.

Varia hic scribunt, quibus nituntur excusare male
 dictionem hanc, non audentes peccatum ascribere illi,
 quem dominus iustum prædicat, quasi etiã iustus non
 septies cadat in die. Possent autem eo detorqueri, quod
 omnia primæ nostræ natiuitatis sint maledicta. quia in
 peccatis, & ad peccata & misérias nascimur. Sed hic
 liber ostendit mihi palàm Hiob peccasse, & hoc ipsum
 inter peccata sanctorum referendum censeo: quamuis
 uehemēti dolore uictus, in hæc nulla malicia prorupe-
 rit. Idcirco bis ante scriptum est: In omnibus his non
 peccauit Hiob labijs suis, neq; stultum quicquã contra
 deum locutus est. Hic uero scriptura non excusat, tan-
 tũ abest ut laudet. Imò sic præfatur: Post hæc aperuit
 Hiob os suum & c. q. d. aliter aperuit quàm ante. Ve-
 rum hic scriptura iudiciũ relinquit deo, ostendens ta-
 lia non esse iudicij humani. Et ne mihi obijcias quare
 uitar argumento ab autoritate negatiue: Dico hæc
 esse, de quibus Hiob cap. 6. excusat dicens: Quæ est
 enim